



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita S. Liborii Episcopi, Calcvo Laborantivm Patroni**

**Bolland, Johannes**

**Antverpiae, 1648**

Ad Lectorem maleuolum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9573**

## Ad Lectorem maleuolum.

**D**Esine verba malis in nos armata venenis  
Fundere, nec telis carmina nostra pete.  
Nos tenues humili canimus sermone ca-  
mœnas:

a b Non sunt *a* Tedigenæ aut *b* Buschia ple-  
cta mihi.

c Scripta *c* Palatino tua si Ioue digna putâris,  
Nostra Liborinâ carmina laude beo.

Doctus si vndosum potis es nauare per equor,  
In modico ludat nostra carina vado.

a Hermannus Kersenbrock, alijs Kersenbergh  
dictus, Monasterij superiore seculo Ludimagister, Hi-  
storiam Anabaptisticam, sive bellum Monasteriense, ele-  
ganter & accuratè descripsit. Tedigenâ vocat Giessu-  
nus, quia cognomen eius Kersenbroeck, quasi can-  
delæ paludem sonat, vel Kersenbergh, candelæ  
montem. Rectius fortè Cerasorum palus, monsue  
verteretur: Kersse enim Teutonicè cerasum significat,  
Keersse candelam.

b Hermannus Buschius Pasiphilus, Dulmanien-  
sis ex diœcesi Monasterensi, multa carmine scripsit ac  
solutâ oratione, & Catholicus, & postquam ab Eccle-  
siâ defecit; qua recenset Gesnerus.

c Alludit, opinor, ad Buschij Hypanticon, Georgio  
Spirensi Episcopo, Philippi Electoris Palatini filio, dica-  
tum, quo solemnem eius in Spiram urbem introitum  
celebrat. Extinctus est Georgius sudore Anglo, ve-  
runc insolitus planè morbus appellabatur, 27. Septemb.  
anno Christi 1529. cum Episcopatum administrasset  
annos 16. uti Eysengreinii in Chronico Spirensi testa-  
tur.

VI.